

vimus. Hugo nobilis proieniei vir. avernensis indigena cui dissutus agnomen fuerat. cum ab apostolorum liminibus. regrederetur montem pyrchirianum in taurinensi parrochia. qui hodie mons clusarum dicitur. Ab arduyno marchione statuta pecunia comparavit et cum pro beati Michaelis ecclesiola in eiusdem montis fastigio construita. taurinensis episcopi amizonis literis. ab omni ecclesiastice dannationis condicione. fieri liberum impetravit. Porro et emptionem ipsam. et libertatem ipsam. non tantum Romani pontificis qui tunc temporis ecclesie presidebat. Set imperatoris quoque sanctionibus institit confirmari. Edificatum itaque in monte ipso monasterium cum possessionibus circumquaque acquisitis. supradictus Hugo dissutus. in ius et tutelam Romane ecclesie tradidit quod sequentibus deinceps temporibus. Cum omni devotionis integritate in apostolice sedis unitate permansit. et regularis ordinis disciplinam strenue prestante domino conservavit. precipue temporibus memorie nostre. pro romane ecclesie devotione persecutiones innumeras sustinuit. sed persecutionibus nullis ab eiusdem ecclesie unitate discessit. illic fratrum nostrorum refugium. illic portum. illic solatium fuit. Qua in re nos congregationi admodum debitores agnoscimus diem bonitatis exemplo pape enim dixit. Ego diligentes me diligo. Si quis diliget me diligetur a patre meo. et ego diligam eum. Debitam ergo dilectionis in eadem congregationi rependentes ipsum beati michaelis monasterium cum omnibus pertinentiis suis specialiter sub beati petri tutela confessione decrevimus. ipsum igitur a taurinensi episcopi potestate. dispositione. et exactione qualibet omnino liberum in perpetuum manere sancimus. Abbatem sane quemcumque post dicessum tuum eidem monasterio preesse divina dispositione et regulari electione contingerit. ab apostolice sedis pontifice. congregationem suscipere statuimus. sicut personam tuam constat a predecessore nostro. urbano. felicitis memorie suscepisse. Cellas vero eiusdem mo-